



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatus De// Beneficiis// Amplissimus,// Et Doctissimus

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

Cap. 5. De coniugatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98550](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98550)

etate monemus eos omnes, qui ab hac n. a Sede nomi-
di, presentandi, vel etiam eligendi futuros Episc. vel
Abbat. ius habent, ut serio apud se cogitent, quanti mo-
menti sit hoc negotium, ex quo salus animarum, tran-
quillitas Reipub. incolumitas religionis, propagatio fidei,
aliisque permulta, & maxima bona dependent. Illud et-
iam sepe, & sepius ad mentem reuocent quod sancta
Tridentina Synodus admonet, nihil se ad Dei gloriam, &
populorum salutem vtilius posse facere, quam si bonos
pastores, & Eccl. gubernanda idoneos promoueri su-
deant, eiusque alienis periculis communicantes mortaliter
peccare, nisi quos digniores, & Ecclesia magis utiles ipsi
iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu,
aut ambienium cupiditatibus, sed eorum ex gentibus
meritis praefici diligenter curauerint. De nominatione ve-
ro, presentandis, vel eligendis ad regulares dignitates
praeter ea, quae superius obseruanda declarauimus, illud
quoque pariter his nostris hortationibus & monitioni-
bus adiciendum censuimus, ut nominationis, presenta-
tionis, vel electionis ius habentes eos diligere studeant,
atque omnino conentur, qui non modo eundem ordinem
sint ante professi, sed in eodem etiam satis diu laudabi-
liter versati. Neque enim decet vi. Magistri aliorum
esse incipiant, qui non fuerint ante discipuli, & subditis
imperare praesumant, qui prius non didicerint superio-
rib. obedire. Eos denique, qui vel examinando, & inqui-
rendo, vel testimonium ferendo operam suam in hac re
praestabunt serio admonemus, ut ea fide, ac diligentia in
negotio tanti momenti versentur, ut à Deo, & à nobis
laudem pro bono opere expectare valeant. Nalli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostrae prohibi-
tionis, voluntatis, declarationis, decreti, statuti, hortatio-
nis, & monitionis infringere, vel ei casu temerario con-
trarie. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indi-
gnationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, &
Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat.
Romae in Monte Quirinali anno Incarnationis Domi-
nicae millesimo quingentesimo nonagesimo primo: Idibus
Maij, Pontificatus nostri anno primo. A. Card. Mon-
taltus summator. M. Vestrius Barbianus. A. de
Alexus.

78 Et eadem aetas, quae in Episcopo, requiritur in
Cardinalibus, ex d. c. i. sess. 24. vers. ea vero omnia iun-
cto d. c. i. sess. 7. & d. c. 2. sess. 22. Maiolus n. 13. & Hoie-
da 27. ubi sup. Hodie tamen diaconus Cardinalis ef-
se potest, qui in vigesimo secundo suae aetatis anno
fuerit institutus, ex constitutione Sixti V. de Cardi-
nalianum numero, ordine, aetate, tempore, qualitate, &
officio, & aduertit Cardinalis Paleotus de sacri Con-
sistorij consultatione 4. par. 9. 1.

80 De aetate & Abbatissae, seu Priorissae videndum est
dictum decretum sacri Concilij sess. 25. de regul. c. 7. &
81 de & aetate requisita ad beneficia regularia, vide tex-
tum in dist. clem. ne in agro s. ceterum, de statu regula-
rium, & supra in initio citatos, ac Albertum Tro-
cium, d. li. 2. c. 19. & Corraç, 3. p. c. 3. n. 8. nam circa eam
nihil inuenio innouatum per d. sacrum Concilium
Tridentinum. Vide tamen circa intellectum dist. 9.
ceterum, Nauarrum de regularib. commentario 3. nume-
ro 43.

82 Tandem & aduertendum est, quod prouiso facta
non habenti aetatem in beneficio requisitam, est nul-
la, ut per Flam. Parif. de resignatione beneficiorum, lib.
4. 9. ex n. 20. Manuel. Rodr. in summa. 1. tomo. c. 30. n.
1. Vegam in summa 1. p. c. 36. casu 5. & 21. Azor d. c. 5. 9.
12. Etiam & in conscientia P. Ledefina in summa 2. p.
13. ac 7. c. 2. 7. concl. 7. difficultate, pag. 361. Quidquid ve-
lit. Ioan. Quintin. in repetit. cap. de multa de preben. n.
2. Tom.

66. & seq.

Quod procedit etiam si ad aetatem requisitam de-
sit, quantumvis paruum & modicum tempus, ut vnus
dies, vel hora, nam in his quae à iure sunt determina-
ta & limitata non licet arbitrari. Facit, quod tradit
Thomas Sanchez de matrim. li. 1. disp. 16. nu. 4. Quid-
quid alias circa aetatem ordinum male teneant P. Le-
desma. 1. p. summa de sacramento Ordinis, c. 7. conclus. 1.
1. difficultate, & Vega in libr. Espejo de curas, cap. 14.
num. 42.

Secundo procedit & etiam in praesentatione, Na-
uarr. consil. 2. n. 1. de aetate, & qualitate. Et in opposi-
tione: nam etiam tempore oppositionis, & petitionis
requiritur habilitas, & qualitas requisita Ioann. Gu-
tierrez cons. 44. n. 7. & Zauallo: 9. 693. ex num. 7. Pe-
rez de Lara de annuaria. & capella. lib. 2. c. 9. num. 55.
& 58.

Vnde videtur falsum, quod ait Man. Rodrig. d. c.
30. n. 1. vers. Lo tercero, & cum eo Vega d. cap. 36. casu
16. quod laicus potest se opponere ad beneficium
presbyterale in Ecclesia, ubi est statutum, quod ob-
tinens beneficium intra annum fiat presbyter, dum-
modo attigerit 25. annuum. Nec id dicit Nauarrus,
quem ipsi allegant in manuali, c. 5. n. 116. nam & non
loquitur de laico, sed de clerico saltem primae tonsurae
intelligitur. Et quod ibi subdunt Manuel Rodr. &
Vega, quod quando patronus praesentat absentem ad
certum beneficium, sufficit, quod tempore, quo acce-
dit nuntius cum schedula, habeat aetatem requisitam,
ut sentit, inquit, Nauarrus, accipiendum est, iuxta
supradicta c. 1. a. n. 32.

Aetas aetatiuitate & connumeranda est, non adie
ceptionis, ut contra glossam regulae Cancellariae 17. re-
cte tradunt Couarruias in 4. 2. p. c. 8. §. 2. n. 3. & Mo-
lina sup. d. disp. 573.

Eademque aetas, & & habilitas, quae requiritur &
sufficit ad titulum beneficii, requiritur & sufficit ad
coadiutoriam à Papa concessam, Caputaquen. decis.
127 p. 1. & post hac Gonzalez glossa 5. §. 9. numero 6.
& 90.

CAP. V.

De coniugatis.

SUMMARIA.

Coniugati, qui ordinari prohibentur, sunt incapaces be-
neficiorum, n. 1. Adeo, ut etiam beneficia ante mari-
monium obienta amittant, nu. 2. Et procedit etiam in
administratione Ecclesiastica n. 3.

Nec ex dispositione Episcopi possunt habere beneficium
etiam simplex, n. 4. Et concordia Capra bene impro-
batur per Hoiedam.

Episcopus enim non dispensat contra ius, nisi in casibus
à iure expressis, n. 5.

An, & quando clerici coniugati gaudeant privilegio fori
remissive, n. 6.

Sine vxore & praeterea is esse debet cui de benefi-
cio prouidetur. Coniugati enim qui ordinarij
prohibentur, sunt incapaces beneficiorum c. 2. c. di-
uersis fallacis, & c. cum decorem, de clericis coniugatis, &
facit tex. in c. unico, vers. in ceteris aut eodem tit. in 6.
de quo bene Lamber. de iure patronatus. 1. p. 2. lib. 9. 7.
art. 3. Caprereg. 97. à nu. 23. & Hoieda de incompati-
bil. beneficiorum, 1. p. cap. ultimo, nu. 76. & 77. & Fla-

- min. Parif. *de resignatione benefic. lib. 4. q. 2. a. num. 27. & 99. & Thom. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 42. nu. 14. Gonzalez ad regulam mensium 9. l. 2. nu. 68. Lessius de iust. & iur. lib. 2. c. 34. dub. 21. Adeo, ut etiam beneficia ante matrimonium obtenta amittant, ut dicitur infra ii. par. c. 8. Et tunc procedit etiam in administratione Ecclesiastica, nempe, quae personae Ecclesiasticae assignatur, cuius etiam sunt incapaces, licet non sit beneficium, Caes. de Grassis *decisione* 114. & 91.*
- 4 Nec ex dispensatione tunc Episcopi possunt habere beneficium etiam simplex, ut contra antiquos tenet bene probans Abbas *numer. 7. in c. Ioannes, de clericis coniugatis. Selua de benefic. i. p. q. 7. numer. 18. Lamber. supra num. 8. Probus ad Monachum in cap. nullus, de temporib. ordinationum, in 6. numer. 14. & 15. & cum Hostien. Cardin. & Abbate, in d. cap. Ioannes. Rosin. *de benefic. cap. 3. a. n. 3. Hoieda n. 77. & Flam. Parif. supra numer. 29. & Henric. in summa libro 13. c. 14. §. 1. in textu, & gloss. l. i. K. & post haec Gonzalez supra num. 69. Et hanc dicit magis communem opinionem modernorum, Capra supra numer. 43. Cuius tunc concordiam ibi num. 48. & 49. bene improbat Hoieda ibi: Episcopus enim non dispensat contra ius, nisi in casibus à iure expressis, ut alias dicitur infra, ii. par. cap. 5. num. 34. & in proposito Thom. Sanchez supra numer. 18.**
- 6 Et an & quando clerici coniugati tunc gaudeant privilegio fori, vide textum in d. c. unico, & ibi Dominicum Franchum, & alios, & S. Concilium Tridentinum sess. 23. de reform. cap. 6. vers. in clericis vero coniugatis, & l. i. ritu. 4. lib. 1. recopil. & ibi Azevedum, *Coaruuam practicarum cap. 31. a. numer. 6. & cap. 32. & Ioan. Gutierrez de iuramen. confirmato. i. par. cap. 17. a. num. 11. & Thomas Sanchez, qui late dicit lib. 7. disputat. 46.*

CAP. VI.

De bigamis.

SUMMARIA.

- Beneficiandus non debet esse bigamus. n. 1. Nam bigami incapaces sunt beneficiorum, cum ad ordines promoveri nequeant. n. 2.
- Episcopus non potest dispensare cum bigamis, non solum ad sacros ordines, sed nec ad minores, aut primam tonsuram, aut beneficium etiam simplex, à numero tertio & ponitur declaratio S. Congregationis. num. 4. & 5.
- Episcopus ordinans bigamum etiam in minoribus ordinibus, seu prima tonsura, graviter peccat, nempe mortaliter, & etiam conferendo ei beneficium, nec valet collatio, n. 6. & secundum Nam videtur suspensus ipso iure à collatione ordinis, quem contulit bigamo, & etiam à missando per unum annum, num. 7. Sed contrarium refertur tenere S. Congregationem: & de poena suspensionis à collatione ordinis nullus est canon. Et poena suspensionis à missando non videtur lata ipso iure, sed ferenda per sententiam, à numer. 8. & 2. seqq.
- Quamvis ex nova constitutione Sixti V. contra clericos male promotos, suspensus esset à collatione ordinis, & executione Pontificalium, & c. illa estiam redacta ad terminos iuris communis, & Concilii Tridentini. n. 11.

Distin. Toloy, quod S. Congregatio Concilii ex sententia Sixti V. Episcopum cum vero bigamo, qui duas successive duxerat dispensantem ad primam tonsuram, & beneficium simplex indicavit ipso iure suspensum ab ordinum collatione, procedit iuxta d. constitutionem Sixti V. n. 12.

Improbatur sententia multorum dicentium, Episcopum posse dispensare cum bigamo in minoribus, saltem ubi maxima causa esset dispensandi, aut quoad usum susceptorum. n. 13. & 14.

Bigamia est triplex, vera, interpretativa, & similitudinaria, & qua sit illa. n. 15.

Contrahitur bigamia interpretativa, quando quis uxorem adulteram cognovit, etiam ignoranter, ut est communis. n. 16. Quamvis contra eam male teneant aliqui, quia ista bigamia non est voluntaria, quod parum refert, cum ista irregularitas praecipue sit inducitur ob defectum Sacramenti. Et diversa est ratio in irregularitate ex occasione hominis iusta, à n. 17. & seq. Reliqua de bigamia irregularitate, per quos sunt videnda, n. 19.

Nam si est beneficiandum sine uxore tunc esse, sed ulterius opus est, quod non sit bigamus: nam tunc bigami incapaces sunt beneficiorum, cum ad ordines promoveri nequeant. c. 1. & 2. 3. *distin. c. 1. 2. & 3. de bigamis, & omni privilegio clericali nudati sunt, merique laici existimantur, cap. unico de bigamis in 6. Facit etiam S. Concilium Tridentinum, sess. 23. de reform. c. 17. ad fi. ibi: Dummodo non sint bigami, Lamber. de iure paron. i. p. 2. lib. 9. q. 7. art. 13. Corraf. de benef. par. c. 4. n. 2. & Saurus de censuris, lib. 6. c. 5. n. 9. Auila eod. tract. de censuris, 7. p. disp. 8. dub. 1.*

Nec Episcopus tunc potest dispensare cum bigamis, non solum ad sacros ordines, c. 2. de bigamis, ubi gloss. & Abbas, Corraf. ibi. Sed nec ad minores, aut primam tonsuram, aut beneficium etiam simplex, ut apparet ex dict. cap. unico, & dicto decreto Concilii. Et tunc sententia sanctae Congregationis eiusdem concilii his verbis: *Episcopus auctoritate sua ordinaria cum sibi subdito vero bigamo, qui alias cum duabus virginibus successively legitimum matrimonium contraxit, & consummavit, & modo defunctus est, dispensare non potest, ut primam tonsuram, & simplicia a se, vel ab aliis accipiat. Ita censuit Congregatio die 30. Ianuar. 1589. Et Sixtus V. approbavit.*

Vnde Episcopus tunc ordinans bigamum etiam minoribus ordinibus, seu prima tonsura, graviter peccat, nempe mortaliter, & etiam conferendo ei beneficium, nec valet collatio, Nauarrus *conf. 3. q. 4. de bigamis, qui tunc etiam ait, Episcopum ordinantem videtur suspensum ipso iure à collatione ordinis, quem contulit bigamo per eundem annum, ex ea. eos, & c. si de temporibus ordinationum, lib. 6. & cap. nullus poenitentem. 55. distin. l. per quod inquit, potest dici etiam suspensus ipso iure vno anno à missando. Ad dicit tamen super d. conf. 3. ait referri Congregationem censuisse, Episcopum non potuisse dictas collationes facere, sed quod non incurrat ob hoc ipso iure in aliquam certam poenam. Et tunc quidem de dicta poena suspensionis à collatione ordinis, quem contulit bigamo, nullus est canon. Nam dictum cap. eos, & dict. cap. fin. non loquuntur de ordinatione bigami, & poenae non sunt extendendae ad alium casum, reg. ord. lib. 6. cum aliis. Nec tunc dicit. nullum poenitentem, ponit talem poenam. Et quoad poenam suspensionis à missando, potest intelligi, quod non sit lata ipso iure, sed ferenda per sententiam, ut colligitur ex illis verbis, *Ab ea die, qua ei potuerit**